facere libet. inst. de iure per. in princ. circa prin-
cipium liberi aut nascuntur ut sunt
illi qui nascuntur ex ingenuis
aut fiunt ut sunt illi qui manu-
mittuntur. inst. de ingen. §. i.

Quid sit manumissio / et unde
servitus habuit originem / et quis possit
manumittere dictum est. de servis non
ordinandis. Sequitur videre iure nostri.
Filii semper secuntur conditionem matris
sive sint nati de legitimo matrimonio
sive non. C. de rei vend. partus
ff. de servis non ord. c. ult. et ff. de sta-
tu ho. lex. nec illud. et l. libi / et qui dicit
quod debent semper sequi deteriorem
partem. xxxii. q. iiii. libi. / exponunt
deteriorem .i. debiliorem. Sexus enim
femineus deterior est .i. infirmior quam
virilis ff. de statu ho. minus et C.
de liberali ca. ani / Est igitur
regulariter verum quod filii nati ex liberis
ventre liberi esse debent ut .j. e. c.
uno / licet manumissi aberrant debent
in servitute redigi cum teneantur etiam
illos infra defendere libertate .j. e. c.
uno. infra / Et filius liber est sive tempore
conceptus fuit mater ancilla et tempore
partus sit libera / sive tempore conceptus
fuit mater libera et tempore partus
efficiatur ancilla / vel si medio tempore
sit libera et tempore conceptus et partus
sit ancilla / quia calamitas matris
partum non debet obesse / inst. de in-
genuis § ult. / Quinquaginta autem
nati ex libera ventre in servitute
rediguntur / Primus si sacerdos co-
pulet sibi ingenuam de facto / filii e-
runt servi ecclesie in cuius iniuria hoc
facit xv. q. ult. cum multe / Se-
cundus qui ministrant arma sar-
racenis / si capiuntur efficiuntur servi
capientium .j. de iudeis et l. ista.
ita quoque / Tertius quod est

vendunt galeas vel naves .j. de
iudeis ad liberandum / Quartus
si liber homo permittat se vendi
ad precium participandum et in veritate
percipit / maior xxv an. non igno-
rans conditionem suam / inst. de iure
personarum § ult. De cognatione
Dictum est de spirituali :—
impedimento proveniente ex
defectu originis / hic subicitur
A de impedimento proveniente ex pro-
pinquitate originis .s. de cognatione
spirituali. Sed quia spiritualis cogna-
tio dignior est quam carnalis vel le-
galis / ideo primo de cognatione spi-
rituali videamus / Quid sit / et in quibus
sacramentis contrahatur / Quot sint
eius species / Et quid de matrimonio
paternitatis fraternitatis et compatri-
tatis spiritualis / Cognatio spiritualis
est propinquitas proveniens ex sa-
cramenti datione / vel ad id detentione
ut puta sacerdos baptizat puerum
vel episcopus confirmat et tu eum suscipis
vel tenes dum baptizatur vel confir-
matur / utriusque eius pater spiritu-
alis .j. e. c. ult. et c. ne dum. l. vi. et
xxx. q. i. omnes / Sed in quibus
sacris oritur seu contrahitur hec
cognatio spiritualis / plurimis opinio-
nibus Certum quod hodie solum contrahitur quantum
ad matrimonium impediendum et post contractum
dissolvendum / in baptismo et in confir-
matione .j. e. ne dum. l. vi. / Ex catechi-
smo qui precedit baptismum sa-
cramentorum fundamentum et ianuam
cognatio spiritualis contrahitur per quam
impeditur matrimonium contrahendum .j. e. contra

IIII

Ubi dicitur quod talis uxor ex co
trahendo matrimonio impedimentum
afferret / ideo bene dicitur quod affe
rat / nam quod uxor sit fieri . . dubium
non consistit / Sed per illam cognatio-
nem postea contractam minime
separatur . i . e . per cathecismum l . vjo
/ De oratione vero aliorum sacrorum
cognatio spiritualis nequaquam
oritur / que matrimonium impediat vel
dissoluat . i . e . quamvis § . ex oratione
l . vjo / et sic ista intellige xxx . q . i .
pervenit et de qua dicitur in . iiij . iuxta the
cismo / Cognationis spiritualis
tres sunt species / prima est paternitas que
attenditur inter illum qui suscipit et
illum qui eum suscipit / sive sit mascu-
lus sive femina et baptisante /
Secunda dicitur fraternitas que attendi-
tur inter susceptum et filios suscipientis
vel baptisantis / Tertia dicitur compater-
nitas que attenditur inter patrem car-
nalem puer[i] et patrem spiritualem un-
de unus compater semper spiritualis est pa-
ter et alter carnalis unde v . unus
semper erit compatrum spiritualis alter
carnalis non fallit regula talis
hec probantur . i . e ne dum l . vjo
/ Et iste species impediunt matrimonium con
trahendum et dirimunt post contrac
tum ut ibi unde v . dirimunt frater
compater atque pater . Versus / dicitur
/ Matrimonium contrahere possunt ad
invicem omnes filij et filie duorum
compatrum sive sint geniti ante com
paternitatem sive post / excepta illa
persona per quam illa compaternitas est
contracta / quia non potest contrahere cum
aliquo suorum filiorum patris spiritualis . i .

e . c . i . et . c . super eo . et xxx . q . iiij .
super quibus / et . i . e . ne dum in principio l
vjo / Sed videtur quod . . si sit consue
tudo que scandalum generat quod . . non
debeant contrahere matrimonium filij nati ante
vel post compaternitatem . i . e . c . i . in fi .
et . c . super eo . § . Ceterum / et si contra
xerint sunt separandi ut in c . super eo
v . quod si ita dicitur b[ernardus] et innocentius quod
consuetudo talis licet locum in matri-
monio contrahendo ut propter scanda-
lum matrimonium impediatur quod alterum esset
sed non dirimitur iam contractum / mul-
ta sunt prohibentur sed tamen tenent .
S . de ma[trimonio] contra interdictum ecclesie et S . de regula .
ad apostolicam / nec propter scandalum ma-
trimonium quod deo auctore in paradiso
institutum fuit peccatum dissolui
non debet xxvi . di . deinde et S . de no
vo . quod notatur l . vjo . / Et quod dicitur contrac
tum debet dissolui . i . e . super eo . v . quod
si ita / illud refertur secundum innocentium ad
illum casum quod filius per quem contrac
ta est compaternitas contrahit / vel ex
pane separatur ad penitenciam assigna-
ndum aut ad thorum vel imperpetuum /
Cognatio autem spiritualis personas non
egreditur cum quibus contrahitur que
sunt S . e . § . cognatione / filia enim
mea spiritualis potest contrahere cum fratre
filij mei / licet non cum filio meo . ar
xxx . q . iij . c . i / et ergo cum filia spirituali
filij mei / vel filia fratris mei / vel cum
filia filie mee spiritualis / et sufficit
ea sola eo quod prohibitio non invenitur
matrimonium inter tales S . desponsatione apostoli
/ Quid de filio sacerdotis carnali
et filio episcopi / numquid potest accipere in
uxorem illam quam pater suus . s .

Sacerdos baptisavit vel episcopus con
firmavit dic quod non ymmo si contrac
tum fuit separetur ut extra c. ult. et c.
ne dum. l. vi°. quia idem est de
suscipiente baptisante et confir
mante et de filiis eorum ut ibi dicitur
Sed nunquid filius sacerdotis potest con
trahere cum filia illa quam recepit
ad penitentiam videtur quod non quia illa
est filia spiritualis sacerdotis sicut illa
quam baptisavit xxx q. 1. de eis
quos. Sed non est ita ut extra quamvis
in si l. vi°. quia non contrahitur tanta
affinitas in penitentia sicut in baptismo
Quid de filio illius qui tenuit
puerum dum ille baptisatus est et
ideo compater vel compater efficitur
mendicans et eo indicium [?] ut extra
ne dum. l. vi°. Item patrem spiritu
alem et filiam quam levavit de
sacro fonte vel inter matrem et filium
spiritualem nunquam esse non potest et si
fuerit contractum omnino separentur xxx
q. 1. de eo. et xxxiii q. iiii. Sicquis
cum nuru et ut extra ne dum. l. vi°. et c.
tunc nos Sed si duxit filiam
commatris sue sororem sue filie
spiritualis non sunt separandi xxx q. iii.
illud. Compaternitatis due sunt
species una directa quando scilicet quis le
vavit filium alicuius mulieris de sa
cro fonte vel qui baptisavit in ne
cessitate ut dictum est. Sed circa hoc quid
de filio si contrahet cum illa nunquid es
set separandus ut extra veniens et c. ne
dum. l. vi°. et xxx q. 1. c. in si
Et quamvis non plures quam unus
vir vel una mulier accedere debeant
ad suscipiendum puerum de baptismo vel

confirmatione ut de conse. di. iiii. non
plures si tamen plures accesserint con
trahitur spiritualis cognatio inde
matrimonium impediens contrahenda
et etiam post contracta dissolvens
ut extra quamvis l. vi°. quantum ad susci
pientes et susceptum et parentes
suscepti ut extra ne dum. l. vi°. quia
illi duo vel tres qui simul levavit
eundem puerum de sacro fonte sive
[?] contrahere non prohibentur
tamen maritus et uxor non prohibe
antur simul puerum levare xxx q.
iiii. c. ult. Quid si quis levat
filium proprium vel baptisavit nunquid
debet ab uxore separari dic quod sine
ex ignorantia sive ex malicia hoc
fecerint non sunt ab invicem separandi
nec alter alteri debitum subtrahere
debet nisi ad continentiam confirmandum
possunt induci quia si ex ignoran
cia hoc fecerint eos ignorantia
excusat. Si ex malicia non debet
peccans commodum reportare ut extra
si vir et xxx q. 1. dictum de eo
et c. ad limina Sed nunquid
potest exigere debitum dicit B. quod ille
qui hoc fecit ignorant potest
reddere et exigere quia non peccat
qui vero scienter similiter potest exigere
et reddere quia in hoc casu non in
venimus prohibitum nec prohibemus
xxxi q. 1. quod si dormierit di
cas quod exigere non potest sed reddere
tenetur cum maliciose hoc fecit ar.
ut de eo qui cognovit c. 1 nisi in neces
sitate filium baptisavit quia tunc
necessitas eum excusat ut xxx
q. 1. ad limina. Alia dicitur

indirecta / qui vnus coniugum post
quam sunt vna caro effecti fili-
um alioꝝ suscipit de sacro fonte.
In hoc casu ambo parentes in filiis
compatres efficiuntur etiam alter
coniugum qui non suscipit. qui con-
iuges contrahunt et acciones / et inter
istos maior impeditur matrimonium et diri-
mitur post contractum. ut e. marti-
nus 2. c. ne du l vij. et xxx. q.
iiij. Statuitur. et c. si quis ex
vno / et in hoc casu non posset quis
habere duas commatres / ¶ Cum quis
possit habere duas commatres disti-
guitur utrum commaternitas precessit
matrimonium vel sequatur / Si precessit
matrimonium vel carnalem copulam
licet esset sponsa de presenti libere po-
terit habere istas duas commatres
in uxores. ubi gratia ticia et berta
facte sunt commatres postea mar-
tinus contraxit cum ticia. ea mor-
tua. potest contrahere cum berta. licet
congnouit ticiam post compaterni-
tatem contractam. Sed tamen non ante
/ et hoc est ratio quia per vnionem carnis
subsequentem non transit compater-
nitas ad vnionem sponsus precedente.
xxx. q. iiij. post vxorem. et c.
qui spiritualem / ¶ Si vero post
matrimonium sequatur commaternitas
distinguitur aut uxor tua post quam
fuit a te carnaliter cognita susce-
pit filium alterius. illa cuius filium
suscipit efficitur tibi commater. per
factum uxoris tue / Ideo mortua ux-
ore tua non potes illam habere in ux-
orem / et eandem compaternitatem dicas
acquiri uxori per maritum ut e. mar-
tinus et xxx. q. iiij. Statuatur et
c. Si quis / Item ex. Cum in vel cum qui-
nam natum fonte levauit. Et
mea commater fieri mea non valet.
uxor / ¶ Aut filium uxoris tue quam
de alio viro genuit aliqua mulier
de sacro fonte levauit / vel in con-
firmacione tenuit coram episcopo / illa
mulier est commater uxoris tue et non
tua / nec distinguo utrum cognoue-
ris uxorem tuam vel non quia
tibi non fuit commaternitas acquisi-
ta / nam in casu isto passiua non
contrahitur sic actiua. s. qui suscipit
filium alterius xxx. q. iiij. Si quis
vnus et ut e. martinus / Sed versus
Ambos compatres facit actio pas-
sio nunquam / ¶ Idem est si filius
tuus quem genuisti ex alia muliere
ab aliquo suscipiatur non est acqui-
sita compaternitas uxori tue / Ideo
in casu isto et in precedenti potest
aliquis habere duas commatres in
uxores / et aliqua duos compatres
in maritos / Unde versus Si quam mea
natam non de me fonte levauit
hanc post fata mee non inde vetari
bor habere / ¶ Nota ergo breuiter
personas per quas impeditur et diri-
mitur matrimonium post contractum / vel
istas transgreditur cognacio spi-
ritualis. s. inter baptisatum et susci-
pientem. et uxorem carnaliter
cognitam ante suscepcionem. vel su-
scipientes si sint plures. et bap-
tisante vel confirmante. matrimo-
nium impeditur / ¶ Item inter bap-
tisatum. et filios baptisantis su-
scipientis vel confirmantis / ¶ Item

inter parentes suscepti et suscipi
entem. vel suscipientes vel baptisa
tem si non sit sacerdos het. p[er] blanc.
.i. e. ne dum et c. quamvis l. vi.
Iste inbaptizatus vel inconfirmatus non
potest alium suscipere in filiolum ipse qui
non est baptisatus vel confirmatus
de cons. di. iiii. In baptismate
Item prohibitum est abbatibus et mo
nachis de baptismo suscipere filios et
commatres habere xvi. q. i. placuit
et de cons. di. iiii. non liceat. et c. mo
nachi et idem intelligo de canonicis
et aliis religiosis ar. e. de postu[latione]
ex parte de cognatione legali

a Premissum est. sequitur
de cognatione spirituali. Sed
quia cognatio legalis
partim participat cum spirituali et
partim cum carnali. ideo primo
subicitur de legali quam de car
nali. Unde videndum est quid sit
et quot sint eius species. et et qua
liter impediat matrimonium contrahendum
et dissolvat post contractum.
Cognatio legalis est quedam proxi
mitas que provenit per adoptionem.
Et adoptio est extranee persone
in filium vel nepotem vel deinceps
assumptio legitima. Vel sic adoptio
est legitimus consensus per quem quis
filius non est pro filio habetur vel ne
pote seu nepte. Species adoptio
nis sunt due. Una arrogatio a
lia adoptio simplex. Arrogatio
fit auctoritate principis et de eo qui
est sui iuris .i. qui non het patrem
vel si het emancipatus est et

transit in potestatem arrogantis
Adoptio simplex est que fit im
perio magistratus et de eo qui est
in potestate patris et non transit in po
testatem adoptantis ff. de adop.
l. ii. et l. si pater inst. de adop. §. ii.
et iii. et §. sed hodie. Item usus
arrogatio qui sui est et habet
mens esse natur. patris adoptio fi
nem nec patris desinit esse.
Adoptare potest pater familias qui generare
potest. quia qui generare non potest
ut spado vel frigidus non potest ad
optare ff. de adopt. l. ii. §. i. istud
Item minor xx. annis adoptare
non potest nisi iusta causa interveniente
ff. de adopt. si pater §. ult. Item
nec mulier nisi a principe concedatur
in solacium filiorum amissorum C. de ad
opt. mulierem. Adoptari potest quilibet
tam masculus quam femina dum non
sit minoris etatis quam ... adoptans
ita quod filius eius naturalis esse pos
set ff. de adopt. adoptio. Oritur
autem ex adoptione triplex cognatio
b legalis. Una est superioris linee re
spectu adoptati filii ad patrem ad
optantem. et ex consequenti hec semper prohibet
matrimonium etiam post emancipationem
ff. de ri. nup. per eam. Secunda
est inter adoptantem et uxorem ad
optati. et inter adoptatum et uxorem
adoptantis que finita cum adop
tione contrahere non possunt. ff. de
ri. nup. nam adoptivus et inst.
de nup. §. i. ii. et iii. Tertia
est inter adoptatum et filios adop
tantis hoc dissolvitur per emancipa
tione

vl p morte. tn impedit mrim dum
durat. j. e c. vno. et xxx q. iii. c. sta.
diligēr. Hec sunt vba h' in nota z.
s'. in filio arrogato. qui transit
in ptate adoptantis. no aut in
adoptato qui no transit in ptate
adoptantis. quia adoptiui licite
cotrahunt adinuice quia phibi-
ti no inueniunt. Iste adoptiuus licite
cotrahit cu filia illegittima
arrogantis. cu no sint in eius
ptate. Alij dicunt idem in adopta-
to et arrogato. s. q no pt copulari
filie adoptantis adoptatus. quia
licet no transeat in ptate adoptant.
acquirit tn quedā iura q dissolvunt
p emancipatione. C. de adopc. l. pe-
nultia. ff. ti. ead. Et hoc ide videtur
p decr. j. e c. vno. que indistincte
loquit' de adoptione no distinguen-
do int arrogatu. et adoptatum.
Quid si adoptatiuus durante ad-
optione contrahat cu lrima. dnt
quidam q no dissolvit. mrim. cu
istud impedimetu sit tpale. Hostius
dicit quod no e mrim. quia hodie
no possimi cotrahere cu cognata.
Sed cras mortuo viro eius poterit
simile e hic. De eo qui cognouit
consanguineam vxoris sue

Visum e de cognatione spirituali et legali. nuc videndum
est de cognatione carnali. s. filia
de consanguinitate et affinitate. Sed
quia affinitas quadz superueit p9
mrim cotractu. ideo ut ostendatur
quid iur' sit in illo casu. subicit'
rubrica de eo q cognouit cosang-
neam vxoris sue. Sed ut scias
quid sit faciendum. qn aliquis cognouit
cosangneā vxoris sue. vel qn vx-
or fuit cognita a cosanguineo viri
sui. distinguere aut cognouit cosang-
neam vxoris sue antequa cu vxore
contraheret. aut p9 mrim cotractum.
Si ante mrim cognouit csanguneā
vxoris. distinguere aut pt probari a'
no. Si pt probari lrime ptestes du-
os ad min9. ex quo mrim e cotrac-
tum. quia unus an mrim sufficeret
ut dictum e. s. de sspon. c. xvij. si
sup venit. nā si posset probari debent
adinuice separari. j. e de illo et c. qx
lres. Si vero probari no pt distinguitur
aut tn. querit in foro contencioso
aut in foro. aie. Si in foro con-
tencioso. nc e hēt etiā mrim pub.ce
cotractu approbac. et ipm copellere
ad remanendu cu ea. j. e de illo. qz
etiā no iudicat de occultis. xxxij.
di. erubescant. licet vterqz cofiteat'
carnalem copulam mrim ptessisse
et aliqua ps vicina hec dicat. qz
multi int se q. mrim colludent et
ad confessionem incestus facile resiliet.
si crederet ppt hoc p iudice etiā
mrim separand. nec tn or vicinie
e adeo validus nisi accedant ra-
cionabiles probatoes q. posset
cotractu mrim irritari. j. e super
eo. Sed si esset fama publica et
ambo cofitent'. bene fame et co-
fessioni staret'. xxxv. q. vj. Si duo
quia aliud e fama et aliud e rumor
Si in foro aie. det abstinere pe-
nitus ab utraqz. j. e. venies. y. et
si vxor stiat illud impedimentu

similiter induci ad continenciam ob seruandam ar. s. e. c. pluribus. Si vero uxor ignorauit et vir per excommunicacione debitum reddere compellatur, sustineat excommunicacionem pocius quam conveniat contra consciam et est materia s. de sen. ex. inquisitionis et c. de resti. spol. litteras. De dicendum est si contraxit tantum per verba de futuro et postea cognouit consanguineam sponse quam sponsam, quia affinitas superveniens soluit sponsalia de futuro. s. e. veniens 1. et c. pluribus 27. q. i. xxi. c. ii. potest autem ignoranti dicere impedimentum vxor vel frater tibi non displiceat non possum te cognoscere vel debitum reddere propter hoc grauem infirmitatem vel sponsalem spiritualem et dicet verum quia aliud possum vel xxii. q. ii. faciat hoc et sic vivat sicut frater et soror ar. s. de frigid. consultacioni vel se transferat ad partes alienas si alter qui sic vivit noluit consentire. Si autem post matrimonium contractum cognouit consanguineam vxoris propter affinitatem supervenientem non debet matrimonium separari s. e. tue. nec sponsalia de futuro tamen carnali copula subsecuta. s. e. veniens 1. nisi 2 c. vlt. Item nec sponsalia de presenti licet carnalis copula non fuit subsecuta possunt propter affinitatem supervenientem separari s. e. discrecioni. Sed privatur potestate petendi debitum peccans. sed tamen coactus reddere tenetur et ad hoc potest compelli s. e. c. 1. 2 c. penult. et vlt. et adde quod dic. c. de ... in fi. ... immo vero dico tamen peccaret tamen grauiter si peteret debitum quia diu steterit iam a consanguinea non abstinuit ar. s. e. c. litteras. Nota quod incestuosus mortua vxore numquam contrahere non debet s. e. c. 1. et xxxii. q. vii. Digne indignam, tamen si contraxit tenet. sed non debet reddere debitum nisi ab ea fuerit requisitus. s. e. transmissa. nisi ab ecclesia quia erat iuuenis cum eo fuit dispensatum. Dicit enim Innocencius quod dispensacio necessaria est ubicumque aliquid fit contra ius sive sint clerici sive layci. dispensatur cum iuvenibus quia alias sine peccato contrahere non possent. xxxiii. q. ii. Inadolescencia vero.

De consanguinitate et affinitate

Dictum est s. de cognacione spirituali et legali, nunc subicit de carnali que consistit in consanguinitate et affinitate. Unde videndum est quid sit consanguinitas et unde dicatur. Quid sit linea consanguinitatis. Et quot sint linee. Quid sit gradus et qualiter gradus computentur, et hoc totum in arbore patebit et usque ad quem gradum matrimonium prohibeatur. Consanguinitas est attinencia unius persone ad aliam proveniens ex eo quod una illarum descendit ab altera vel ambe ex eadem vel sic. Consanguinitas est vinculum personarum ab eodem

stipite descendencium carnali
propagacione contractum. Stipite
voco illam personam a qua vel a-
liqui originem extraxerunt sicut
adam fuit stipes chaym et abel
et filiorum qui ab eis processerunt
¶ Dicitur autem consanguinitas a
con et sanguine quasi commune
sanguinem habentes vel de uno san-
guine procedentes ¶ Linea est
ordinata collectio personarum
cum consanguinitate coniunctarum
diversos gradus continens ab eodem
stipite descendencium. Respectu abvni-
tate eius stipitis sequens ¶ Or-
dinata collectio personarum dicitur quia
plures sunt persone in qualibet linea
consanguinitate coniunctarum. Ideo dicitur
quia omnes persone unius linee
sunt consanguinee inter se. diversos
gradus continens. Ideo dicitur quia
oportet quod consanguinitas pro-
veniat per stipitem communem.
¶ Linee vero sunt tres. scilicet ascende-
cium descendencium transversalium sive
collateralium ¶ Prima est ascendencium
a quibus originem traxit unus. sicut pater
et mater avus et avia proavus et
proavia. abavus et abavia ¶ Secunda
est descendencium qui duxerunt originem
ab aliquo sicut filius et filia nepos
et neptis pronepos et proneptis
abnepos et abneptis ¶ Tertia
est transversalium seu collateralium
id est a latere venientium a quibus non duxit
originem nec ipsi a nobis ut frater et so-
ror filii duorum fratrum qui dicuntur fratres
patrueles vel filii duarum sororum

qui dicuntur fratres consobrini eorumque filii
et eorum nepotes ut probatur xxxv. q.
v. c. ult. Sed due linee descendentes
ab una persona faciunt lineam transver-
salem ut patet filii duorum fratrum atti-
net sibi linea transversali et quilibet eorum
descendit recta linea ab avo eorum
qui fuit eius stipes a quo traxerunt
originem et sic de omnibus descenden-
tibus ¶ Gradus est quedam habitudo sive
distancia personarum ad invicem facta
collacione ad quem pervenire qua
cognoscitur quanta generacionis di-
stancia due persone differunt inter
se ¶ Dicuntur autem gradus ad similitu-
dinem scalarum locorumque proclivium
quos ingredimur ut de proximo
in remociorem transeamus ff.
de gradibus in consulendo de
gradibus ¶ Premissis istis ad declara-
cionem graduum accedamus qualiter
inveniantur. Sed quia hec in arbore me-
lius patent. Ideo videndum est quare
fuit inventa ¶ Ipso iste constitutum
secundo legantur regule tam canonice
quam legales et quibus linee secundum le-
ges et canones inveniantur ¶ Tertio
de quibusdam dubitacionibus subiciemus ut sic
quaternario numero terminetur ¶ Arbor
ideo fuit inventa et depicta quia
visus magis occulta fidelius quam pauces
animus insequitur. Institutis de gradibus agna.
scilicet agnacionis et cognacionis segnius
irritant animum demissa per aures quam
que sunt oculis subiecta fidelibus
et que ipse sibi tradit spectator ¶
Cuius arboris pictura est ante circa
xxxv. q. v. ad sedem circa finem



iiij. abavus | iiij. abavia

iiij. patruus magnus amita | iij. proavus | iij. proavia | iiij. avunculus magnus matertera

iiij. horum filius et filia | iiij. patruus magnus amita magna | ij. avus | ij. avia | iiij. avunculus magnus matertera magna | iiij. horum filius et filia

iiij. horum nepos neptis | iij. consobrinus vel sobrinus | ij. patruus amita | i. pater | i. mater | ij. avunculus matertera | iij. consobrinus consobrina | iiij. eorumdem nepos neptis

iiij. horum pronepos proneptis | iij. horum filius filia | ij. fratres patrueles et amitini sorores patrueles amitine | i. frater martis | i. Soror sua | ij. consobrini consobrine | iij. horum filius filia | iiij. eorumdem pronepos proneptis

iiij. eorumdem nepos et neptis | iij. horum filius filia | ij. fratris filius filia | i. filius | i. filia | ij. sororis filius filia | iij. horum filius filia | iiij. eorumdem nepos neptis

iiij. horum nepos et neptis | iij. fratris nepos neptis | ij. nepos | ij. neptis | iij. sororis nepos neptis | iiij. eorumdem nepos et neptis

iiij. fratris pronepos proneptis | iij. pronepos | iij. proneptis | iiij. sororis pronepos proneptis

iiij. abnepos | iiij. abneptis

Arbor ista sic componitur quia in medio arboris debet poni quedam cellula que dicitur truncus xxxv. q. v. Series. Hec cellula debet esse vacua quia ibi est quoddam caput sine nomine quia truncus diversorum respectu diversa debet habere nomina et sic uno nomine non potuit designari nec omnia nomina que respectu diversorum ipse truncus sortitur in una cellula poni possent. Sed gratia exempli ponatur Joachim

Nota quod omnes persone que sunt in linea ascendenti habent fratrem et sororem a dextris et a sinistris. Ubique pater habet fratrem patruum et sororem amitam. Mater habet fratrem avunculum et sororem materteram. Et sic de aliis superioribus. Et omnes persone que sunt in ambobus attinent Joachim scilicet trunco. Sed non omnes sunt consanguinee inter se immo illi qui sunt in dextra parte

arbois no attinet illis qui sunt
in sinistra · quia ex vna pte e con-
sanguinitas Joachim · ex pte pris
et ex alia ex pte matris / Est tamen
excepto tamen in dualibus lineis col-
lateralibus Joachim · in quibus e
frater Joachim et eius successio et
soror Joachim et eius successio
/ Iste omnia nomina posita in ascen-
denti linea dum respective ad Jo-
achim / et similiter in transversalibus
omnia capita transversalium line-
arum dum respectu Joachim / Succes-
sio vero respectu capitum / Ex-
cepto e in dualibus lineis contigua
parte / vi. s. in sinistra pte patruus
dicitur Joachim · et inde sequitur
frater patruelis · qui dr respectu Jo-
achim · et debent dici iuxta predic-
tam regulam respectu patrui Jo-
achim · sed proprior sobrinus qui e
filius patrui magni dicitur respectu
Joachim / Iste in dualibus lineis
in dextra pte avunculus consobri-
nus · avunculus magnus · et proprior
sobrinus qui dum respectu Joachim
/ Describas hanc in arborem
procedendo sursum · post lineam
ascendente in iiij[or] cellulas continen-
tem in quarum prima ponitur pater
et mater eius / Et similiter descen-
dendo ut dictum e de s. lineis
/ Et ideo quia no ponitur in arbore
tota consanguinitas trunci vel truncus
sunt iiij[or] avos s. avum et aviam
paternos et avum et aviam ma-
ternos viii proavos et xvi abavos
/ et licet hodie tot gradus sint
distincti / tamen durat consanguinitas ultra

hos gradus / quia cum quo no pt.
iura nalia tollere. inst. de leg. agn.
suc. / nec obstat xxxv. q. v. ad sedem
tra fi / vero dr. quod ultra hos gradus
no e consanguinitas intellige quantum
ad matrimonium impediendum / tamen si aliquis
incognito gradu contingeret consang-
uineam suam / no committeret incestum /
quia potius a cognatione hominis quam
a natura dicitur quis committere inces-
tum / quantum enim ad hoc sunt ultra
gradus no quantum ad successionem quia
usque ad x. gradum legale sit successio
xxxv. q. v. ad sedem · tamen ex pte
matris quam pris C. de le. her. insti.
consanguinitas / et aut ubi posita ces-
sante / no enim succedent nisi eis de
propagine cognationis debetur xxx
v. q. iii. c. i. / Iste nota · quod
avus et avia no sunt vir et uxor
sicut pater et mater / quia sequeretur
quod pr et mr essent frater et soror
nisi dicas avum et aviam bigamos
fuisse puta · avus genuit prem
ex alia et alia avia genuit matrem
ex alio et sic de aliis ascendentibus
et sufficeret medietas arboris in
doctrina tradenda ut staret in modum
vexilli / Sed alia medietas fuit ap-
posita ad decorem / vel ut scirent
nomina consanguinitatis ex utraque pte
/ Nota iiij[or] regulas prima talis
est / personam addita persona per carnis
propagationem gradum adicit / et hec
regula tamen locum habet in linea ascen-
denti et descendenti / Secunda
quotquot sunt persone de quibus queritur
computatis intermediis vna minus
tot sunt gradus / verbi gratia sunt iiij[or]
persone dic ibi tamen esse gradum

p

int͛ cōnicos si sunt v. dic quartum
esse gradum. ut semp una psona
subducatur quia truncus nō cōputat͛
xxxv. q. v. c. i. et hec regula ha-
bet locum in illis psonis quarum una
descendit ab altera ut in linea ascē-
denti et descendenti ¶ Secunda regula
talis est. si psone de quibus queritur
nō descendunt una ab altera sed colla-
teraliter descendunt a com̄ stipite et sunt
in linea equali quoto gradu queli-
bet istarum distat a com̄ stipite toto gra-
du distant int͛ se xxxv. q. v. c. i. et
ult. ¶ Tercia ē talis si psone de qui-
bus queritur nō descendunt una ab altera
sed collateraliter a cōmuni stipite
procedant et sunt in linea inequali
quoto gradu distat psona remocior
ab ipso trunco toto gradu distant
int͛ se ut semp cōputacio fiat ab eo
qui magis ē remotus ab ipso trun-
co. ad ipm truncum. quia quoto gradu
quis distat a stipite et a quolibet
alio p aliam lineam descendentem
i. c. quod dilectio et c. ult. ¶ Sunt aliqui
quemque cōputacione gradus tam
canonicam quam legalem. in qua in li-
nea ascendenti et descendenti cō-
ueniunt gradus tam canonici quam
legales. iuxta hanc reglam quemque
quod quelibet psona addita superiori uel
inferiori gradu adicit xxxv. q. v.
ad sedem. Sic Joachim nō facit
gradum. sed ē truncus. et ē pater
in linea descendenti et filius distat
primo gradu a trunco nepos sc̄o et sic
de aliis usque ad abnepotem. qui distat
quarto Similiter in superiori linea pater
distat primo gradu a trunco auus


sc̄o proauus tercio et abauus quarto
¶ Et nota. quod gradus legales
designantur nigris punctis in infe-
riori parte cuiuslibet cellule. canonici
vero sup rubeis in superiori parte
ad designandum excellenciam
canonice sc̄e ad legalem. ¶ In line-
a transuersali aliter cōputatur secundum
leges et aliter secundum can. Secundum
leges cōputantur. secundum hanc regu-
lam quod psone numerantur hincinde
a com̄ parente uel stipite descendentes
preter ipm stipitem toto gradu distant
ultime psone de quorum distancia
queritur ut si una psona de qua
queritur quarta a com̄ parente p gradus
iiij.or et altera p duos sunt ille psone
cum parente sunt. vij. ergo recto co-
parente remanent vj. psone tanto
toto gradu distant inter se. scilicet
vj.to et sic nō duplicantur trans-
uersales secundum leges. Sed secundum canones
duplicantur ut i. dicetur. Racio ē quia
hereditates nequeunt deferri nisi de
una psona ad aliam. ideo curatur
secularis imperator in singulis psonis
singulos pficere gradus. quia uero
in prole sine duabus nō valent
fieri psone Ideo sacri canones
duas in uno gradu cōstituerunt
psonas xxxv. q. v. ad sedem capi-
tuli. ¶ Canonicam cōputacionem in
linea transuersali facias p istam
regulam. quoto gradu quis di-
stat ab aliquo superiori eodem distat
a quolibet descendenti ab eo. p aliam
lineam usque ad lineam equalitatis
postea p uno psonarum gradus ap

ponitur q. c. q. dilecti et c. ultimo
Principium g° secundum predictam regulam
a stipite regula cellula s. abavo
qui distat a trunco quarto gradu / g°
propatruus qui descendit ab avo per
aliam lineam similiter quarto gradu.
propatrui filius et sic de aliis quia sic
probo / propatruus et pavus sunt
duo fratres g° sunt in primo gradu xxx
v q. v. ad sedem / et c. ult. / g° avus
filius pavi distat secundo gradu a propa
truo. pater tertio et truncus quarto / Item
nepos propatrui distat quarto gradu
a trunco / probo. filius propatrui et avus
sunt duo nepotes ergo in secundo gradu
quia sunt duorum fratrum filii / qui fratres
sunt in primo gradu / g° pater distat a
filio propatrui tertio gradu. quia sunt
duorum fratrum filii / qui fratres sunt in primo
gradu / g° pater distat a filio propatrui
tertio gradu a trunco / probo nepos a
patrui et pater sunt duo pronepotes / g°
sunt in tertio gradu / quia sunt filii duorum
nepotum qui sunt in secundo / g° truncus
distat quarto / Item pronepos propatrui
est in quarto cum trunco et ultime equali
tatis / que continet omnes personas equa
liter cum eo descendentes / probo pronepos
propatrui et truncus sunt abnepotes
abavi / g° sunt in quarto gradu / quia
sunt filii duorum pronepotum qui sunt in
tertio gradu / Item attende ad pavum.
ipse distat a trunco tertio gradu. ergo
patruus magnus qui descendit
ab eo per aliam lineam similiter di
stat tertio / propior sobrinus tertio et filius
eius secundum tertio / et in linea equali /
Deinde de numero personarum adiciuntur gradus
et in probatione illa pater procedit ut prius

hec probantur xxxv q. v. ad sedem et
c. ult. / nam gradus computandi sunt
et distinguendi propriis nominibus vel
equipollentibus indicans notando
personas incepta computatione a stipite
id est a parentibus vel germanis seu fratribus
id est c. tua et de detestande seriei et c. licet.
Pone quod aliquae personae attinent
sibi ex una parte in secundo vel tertio
gradu / ex alia vero in quinto / numquid
poterunt contrahere dicendum est quod sic / quia
semper standum est remotiori persone
in consanguinitate id est c. ult. / Quia
sicut olim omnis consanguinitas ter
minabatur in septimo gradu xxxv
q. v. ad sedem / ita hodie terminatur
in quarto saltem quo ad prohibitionem
copule coniugalis id est c. non debet / et
consanguinitas ex sui natura non
est impedimentum matrimonii sed
sola constitutio impedit xxxv q.
v. q. v. cum igitur / Item quid si aliqui
contraxerint in quinto gradu qui alias
erat prohibitum. postea ecclesia
statuit quod in quinto gradu lici
te possit contrahi matrimonium
ut id est c. non debet / numquid tenet matri
monium / dic quod non quia constitutio
non trahitur ad preterita nisi hoc ibi
dicatur et de constitutione c. ult. / Sed si steti
erunt post constitutionem publica
tam simul steterunt / hoc ipso intel
liguntur matrimonium ratificasse et
de coniugio servorum proposuit / et de despon
satione impuberum. Si infantes l. vi° / dic ut
et de eo qui duxit in matrimonium quam polluit. ad
noticiam / Si vis potes constituere
arborem in manu singulos digi
tos

habens distinctos per quatuor ar
ticulos et si bis inveniet quoto
gradu aliqui distent numera ar
ticulos duorum collateralium et super
iorem partem medii digiti habeas
pro stipite sive communi parente et
procede per regulam positam ut c.
supra canonicam. Et nota quod
quando equaliter descendunt
ut duo fratres vel filii duorum fra
trum esse in gradu sed cum inequa
liter descendunt ut avunculus et
F nepos distant gradu. Se
quitur videre de quibusdam
dubitationibus. Et sciendum
est quod non valet hoc ar
gumentum a. p. c. q. sunt con
sanguinei et p. potest acci
pere in uxorem filiam a.
ergo a. filiam p. nam pro
patruus et truncus sunt in
quinto gradu non tamen trun
cus potest ducere consangui
nei patruus potest ducere filiam
trunci quia sunt in quinto gradu
non tamen truncus potest ducere fili
am patrui quia est sibi in quar
to gradu sed hoc ideo est quia
filius trunci addit gradum
respectu trunci cum sit sub linea
equali sed filia patrui non
addit gradum respectu trunci
cum sit in linea super equali.
Item licet patruus et eius
pronepos in eodem gradu di
stent a trunco tamen maior

consanguinitas est inter
truncum et pronepte patrui
ut c. q. dicto. Item queritur
quare truncus cum ab alio distet
quinto gradu et non distet a filio
suo scilicet patruo quinto
cum persona addita persone per
carnis copulam addicat gra
dum. ad hoc dicitur quod propter com
medietatem debent distare quinto
sed propter aliam rationem debet
distare tercio scilicet quia
est in eodem gradu cum pro
avo qui distat tercio ideo
propter repugnanciam e
lecta fuit media via scilicet
ut distaret quarto. Item cum
pavus et patruus sunt in eo
dem gradu videtur quod quoto
gradu pavus distat a trunco
eodem gradu debeat distare pro
patruus et quare. videtur quod illi
dicuntur esse in eodem gradu respectu
communis parentis scilicet abavi a quo descen
dunt equaliter non respectu trunci cum
respectu eius uno gradu plus distat
patruus quam pavus. Iste quarto gradu
cum extenditur affinitas vel consanguinitas
in linea ascendenti et descendenti dicitur quod adeo
quod non excedunt quartum gradum ut c.
non debet. alii dicunt et melius
quod in infinitum ut ff. de ritu nup.
nupciarum et xxxv. q. ii. ad sedem
et duobus capitulis sequentibus
etc.



Sequitur videre de secunda parte rubrice scilicet de affinitate. Unde videndum est quid sit affinitas, et postea de arbore. Affinitas est proximitas personarum ex carnali commixtione provenientium omni carens parentela.

Ex carnali commixtione ideo dicitur quia contrahitur tam per legittimum quam per fornicarium coitum xxxv. q. iii. nec eam et S. de eo qui cognovit consan. uxo. sue. Discrecionem c. tue fra. Arbor affinitatis componitur sic nam in medio arbore ponitur

quedam linea continens iiij^or cel
lulas in quibus sunt quatuor gra
dus siue nomina personarum et ideo
ponitur in medio ut ostendantur gra
dus affinitatis in utroque latere com
putandi // Item in utroque latere
istius linee ponitur una linea con
sanguinitatis continens scilicet quatuor
cellulas quod fit duplici de causa prima
est ut ostendatur quod omnis affi-
nitas habet ortum a consanguinita-
te secunda ut ostendatur gradus af-
finitatis esse computandus propter
consanguinitatis tamen et non apposi-
tionis copulatorie // Item quia tam
per viros quam per feminas contrahitur
affinitas ideo ex una parte distri
buitur linea continens fratrem cum
sua successione usque ad pronepotem
et ex alia parte linea continens so
rorem cum sua successione usque ad
quartum gradum iuxta lineam fratris
ponitur alia linea continens scilicet iiij^or
cellulas in quarum prima ponitur
uxor fratris in secunda uxor filii fratris in
tertia uxor nepotis fratris in quarta
uxor pronepotis fratris et sic appel
lantur nunc uxores olim appella
bantur relicte ad designandum quod
per istam copulam debeat contrahi
hoc genus affinitatis // Item iuxta
lineam sororis ponitur alia line
a continens iiij^or cellulas in quarum
prima ponitur vir sororis in secunda
vir filie sororis in tertia vir nepo
tis sororis in quarta vir pro
nepotis sororis et sic habemus qua
tuor lineas quarum quelibet continet

iiij^or cellulas ad ostendendum
quod prohibitio non extenditur ultra
quartum gradum consanguinitatis
vel affinitatis . i. e. non de his pro
hibitio // Item in utraque parte po
nitur una auricula ad decorem
Ad doctrinam huius arboris nota
iiij^or regulas. Prima talis est
quod omnes consanguinei uxoris per carnalem
copulam efficiuntur affines viro et
econverso omnes consanguinei viri effici
untur affines uxori et in eisdem
gradibus affinitatis in quibus gra
dibus consanguinitatis attinent
alteri Unde ego et soror uxoris
mee in uno et primo gradu. eius
nepos filius vero eius in secundo gradu.
et. neptis vero tertio et sic
de aliis xxxv. q. v. porro sed inter
cognatos viri et cognatos uxoris
nulla prorsus affinitas est
contracta propter quam unum debeat
impediri immo pater potest habere matrem
et filius filiam vel duo fratres duas
sorores . i. e. quod super his // Secunda
est talis quoto gradu consanguinita
tis distat quis a consanguineo suo
vel consanguinea toto gradu distat
ab eius marito vel uxore ipsius
xxxv. q. iij. de propinquis et c. e
qualiter. et . i. e. c. i. // Tertia ta
lis est persona addita persone per car
nalem copulam mutat genus
et non gradum. scilicet genus consangu
initatis in genus affinitatis xxxv
v. q. iij. hac auctoritate et c.
sequenti // Quarta talis est persona
addita persone per carnis propagationem
mutat gradum et non genus xxxv

.q.v. porro. Hec due regule ulti-
me nostro versiculo continentur.
innuitur nupta genus secundum quanta
gradum. Si vis scire primum
genus affinitatis secundum regulas
predictas adde personam copulatam
alicui de tua vel consanguinitate alicuius
persone. et illa persona affinis erit
omnibus consanguineis viri sui in primo
genere affinitatis. et hoc tamen habet
prohibitionem. Unde mortuo viro il-
lius mulieris puta fratre tuo illa non
poterit habere aliquem de consanguinitate
sui viri usque ad quartum gradum
.i.e. non debet. §. i. ut dictum est supra.
§. pone ergo et §. sequenti. Sed quia
secundum genus et tertium affinitatis
est revocatum et prohibitio sobolis
suscepte ex secundis nuptiis .i.e.
non debet. Secundum genus sic habetur. adde
personam personam copulatam. primo
generi hoc modo. Uxor fratris mei est
michi in primo genere affinitatis.
mortuo fratre meo adde illi aliquem
virum. ille erit in secundo genere affinitatis
et ille secundum antiqua tempora non poterit
mortua illa accipere aliquam de con-
sanguinitate prioris mariti usque ad
quartum gradum. de hoc habetur
xxxv. q. iii. de propinquis. Sed hodie
non prohibetur contrahere .i.e. non debet.
Tertium sic habetur. adde personam
personam copulatam secundo generi. Ubi
gratia exempli sunt maritus relicte
fratris tui. mortua illa relicta ma-
ritus eius qui erat tibi in secundo genere
affinitatis accipit aliam. illa est
tibi in tertio genere. et illa olim mor-
tuo viro suo non poterat copulari

alicui de consanguinitate tua. cum illa
esset tibi et consanguineis fratris tui in tertio
genere usque ad quartum gradum. xxx
v. q. iii. porro. Primum genus tantum
contrahitur ex una parte. secundum et tertium
quandoque ex una ut dictum est. quandoque ex
duabus. ut in uxoribus duorum fratrum
qui sunt in secundo ex utraque parte. De
sobole suscepta ex secundis nuptiis
sic intellige. Sint meus habet uxorem.
eo mortuo relicta eius contraxit cum
alio. soboles ex illis secundis nuptiis
nata non poterat alicui copulari alicui
de consanguinitate prioris mariti propter
publice honestatis iustitiam que
sublata est hodie. secundum ista intelligitur
.i.e. non debet. Sed nunquid publice ho-
nestatis iustitia est sublata in secundo
genere et in aliis ut xxxv. q. iii.
porro. dic quod ubi publice hone-
statis iustitia scilicet incidit in eundem
casum cum secundo vel tertio genere vel cum so-
bole ex secundis nuptiis. in secundo ut in
uxoribus duorum fratrum sive consobrinorum
uno sublato tollitur et aliud ut in di-
cto .i.e. non debet. quia quotiens ali-
quid ex una radice nascitur consequens
est ut una lege tollatur. ff. de impensis
l. ult. in fi. Sed in sponsa defuncti
vel de puta ad hoc remanet ut de
sponsis ad aud. et c. ex sponsalibus
l. ii. dic ut ibi §. honestas. quia
in matrimoniis non explicat. sed
quid honestum sit considerari oportet.
ff. de ritu. nup. semper. Consan-
guinitas ergo et affinitas predicta ma-
trimonium impedit contrahendum. et diri-
mit post contractum usque ad quartum
gradum inclusive. nec valet consuetudo

incontinencie quia diuturnitas temporis peccatum non minuit sed augmentat
i. e. non det. de affinitate dic ut
e. de spon. c. xvii. si supervenit. et
e. de eo qui cognovit consanguineam uxoris sue.
Sed nunquid extraordinaria pollucio inducat affinitatem dicit Innocencius
quod non nec inducit. confirmat xxx
v. q. iii. extraordinaria nisi commixtio
fiat maritalis ut ibi c. ii. e. de eo qui
cognovit consanguineam. fraternitati et e. de
spon. Innocencius. Ad hoc enim ut contrahatur affinitas necesse est sanguinis
utriusque fieri commixtionem arg. xxxv. q.
ix. fraternitatis. Ideo si mulier semen
emittat et vir non emittat non
contrahitur affinitas. et est ad hoc ar.
de frigido qui palpando pervenit mulierem
provocare ad seminis effusionem vel econverso
et tamen non est ibi mixtio vel commixtio seminis et ideo nec affinitas. et ideo
si vir intrat claustra mulieris et
ipse non emittit licet ipsa emittat
nulla est affinitas contracta ut dicit
e. de eo qui cognovit c. pone. Sed si
vir emittat in membro mulieris
et non mulier dubitari potest. tamen sponsalia
ratificaverunt. ar. xxxv. q. iii. extraordinaria. Nota quod aliqui habent
quandam ymaginem mulieris
super cellula sororis tenente in manu
lineam extensam usque ad uxorem
fratris quasi dicat soror. venite ad
me omnes qui estis in ista linea
qui in estis affines in primo genere
affinitatis. Eodem modo ex alia parte
arboris habent aliam ymaginem super
cellulam fratris tenente in manu
quandam lineam extensam ad lineam

viri sororis. quasi dicat frater
venite ad me omnes qui estis de
linea illa qui in estis affines
in primo genere affinitatis. Ad hoc
designandum due linee ponuntur
reflexe quarum una oritur a cellula uxoris fratris et terminatur in cellulam sororis. et alia oritur a cellula fratris et terminatur in cellula viri sororis et in utraque est scriptum primum
genus affinitatis. De frigidis

Visum est et maleficiatis
de affinitate et impotencia
que contrahitur coeundi
per coitum. Sed quia frigidi
coire non possunt. Ideo subicitur
hic de frigidis et maleficiatis
et impotencia coeundi. Unde de
istis per ordine est videndum quod
sed quibus impedit matrimonium contrahendum. et dirimit post contractum
nam frigidus naturaliter contrahere non
potest xxxiii. q. i. c. i. et ii. ii. i. e. laudabile. nisi ambo vellet in simul
habitare. ut vir eam et si non ut uxorem saltem habeat ut sororem
i. e. laudabile. v. quod si ambo. Sed qualiter et quando ob causam frigiditatis divorcium fieri possit distinguere hostiensis. Si divorcium petatur
celebrari ob impotenciam coeundi
et masculina impotencia allegatur
illis puta frigiditas. aut masculus provocat ad iudicium vel femina
ante masculus expleverit xviii.
annum aut non. et si quidem masculus
minor xviii. an. ad divorcium provocat et uxor consentire hoc idem quod

maritus asserit. Dico tempus arbitrari-
um, aut enim commissis [?] ante tamen a-
num per quod tenetur sub remedio, quo
tempore elapso, si per rectum iudicium ec-
clesie potest probari virum impotentem,
divortium celebrabitur, et mulier nubet
in domino, sed vir iudicetur ne aliquam
ducat. Si autem de post separandi et
cognoverit, remus primum habebit, et
posteriora connubia erunt reparanda, et
mulier condicere si fuit conscia fraudis
arguere ff. de adulteriis. Si uxor §.
iudex. Si vero non fuit conscia, potest
eum repellere propter crimen adulterii
arguere xxxii. q. i. de benedicto et q. vi.
nichil. Ray. dicit quod hoc non obstat quin
matrimonia postea debeant restau-
rari. infra e. laudabilem et c. fraternitatis.
Ubi nota hoc tamen. ¶ Et ante totum iudicium
maritus iurabit se naturaliter frigi-
dum, nec posse cognoscere aliquam
mulierem nec suam ad voluntatem
coeundi, ita si aliquotiens moveretur
licet non possit perficere, non esset naturaliter
frigidus, quia si potest iuvari electua-
riis vel medicinis planum est. Si non
potest et mulier virgo est et utrique consentiant
post triennium poterunt separari. Mulier
autem iurabit quod numquam miscuit ipsum
secum nec rogavit erigi, et omnem
diligentiam adhibuit ut opus car-
nale sequeretur infra tempus elap-
sum a iudice statutum, et quilibet
habebit vii propinquos vel vicinos
bone fame qui iurabunt se vere
credere quod coniuges iuraverunt, et divor-
cium celebrabitur. Sic intelligo infra e.
c. i. [...] i. et c. laudabilem. §. Si vero
et membra viri inspicienda est

¶ Sed numquid sufficit si recipiatur
sacramentum duorum vel trium propinquorum?
Non, quia in causa solempni et pe-
riculosa, talis non est a statuto numero re-
cedendum arguere xxx. di. de quibus et extra
de decimis ad aures. ¶ Idem dico si
mulier provocat ad iudicium et vir
idem confitetur. ¶ Sed si vir aliam
contraxerit, iurantes scilicet coniuges vel
propinqui perhibebunt, et prima aget
et irritabit sententiam, quia apparet mo-
do quod ex odio et diabolica suggestione
hoc factum fuit, infra e. c. i. §. si ante
et infra c. laudabilem, nisi, et xxxiii.
q. i. c. i. et ii. Item in supradictis disti-
guitur utrum mulier sit virgo vel corrup-
ta, eo quo utriusque impotentia confi-
tetur, ut patet infra e. c. i. [...] et c. lauda-
bilem. Si mulier corrupta, verius si alter neget
ut infra sequitur. ¶ Sed quid si maritus
provocet ad divortium et mulier se as-
serat ab eo cognitam? Dicunt standum
esse verbo mulieris, quia vix mulier
retineret aliqua que hoc assereret
nisi verum esset, cum fieret sibi pre-
iudicium generaliter, et maxime quod
tales consueverunt colaphizari
stimulis sathane. Extra de eo qui cogno-
vit consanguineam uxoris sue c. Iordanus et fit arguere
de c. mulier que propulit matrimonio
confitetur. Extra de clandestina desponsatione c. i. §.
et c. vir, nisi vir paratus convinceret
per aspectum corporis, ut in hac sequenti
dicitur. ¶ Si vero maritus asserat se co-
gnovisse uxorem, muliere con-
tradicente et divortium petente,
standum est verbo viri, quia est caput
mulieris. Extra de desponsatione impuberum continebatur,
et xxxiii. q. i. Requisisti. Si quis
accepit, nisi mulier ipsum convincat de

sc[ilicet] [...] frigid[...]

pro(m)issio p(er) aspectum corporis xxvii
q. i. nec aliqua (et) e(xtra) de sp(onsali)b(us) proposuisti
et c. causam. Ergo si m(u)lier sit corrupta
taceat cum iubet. quia stat(ur) verbo
viri. nec corrupta p(otes)t se virginem
ostendere cum non sit. et s(ecundu)m h(ostiensem) tit(ulo) q(ui) fil(ii) sint
legi(timi) e(xtra) c. i. § illa aut(em). et q(uo)d d(icitu)r
cum tam diu tacuit. subaudi ma-
xime. quia id(em) e(st) ac si ab inicio
reclamasset ex quo n(on) fuit contract(um)
eat Sed quia tam diu tacuit est
maior p(re)sumptio contra ipsam. d(icit) tamen
Innocen(tius) q(uod) fuerit iudices q(ui) nimis
tacuit p(ro)pter expectandum triennium ar(gumentum)
e(xtra) c. laudabilem in p(rincipio). Secundo
si p(re)maturum fuit quia non vult cohi-
tare vel publicum d(icit) host(iensis) [?] esse
cognoscendum p(er)que stabit (et) cautionem
idoneam exigendam ut cohitet
ar(gumentum) e(xtra) ut lite non cont(estata) c(um) sup(er) § ult.
et e(xtra) t(itulo) xxi c. i. ii (et) iii. Nota
s(ecundu)m Innocen(tium) quod tria argumenta
inventa sunt ad probandum frigiditatis
s(cilicet) aspectus corporis. iuramenta sep-
time manus propinquorum. (et) triennium
Sed discretus iudex providebit utrum
solum unum vel duo vel omnia tria
argumenta faciat p(re)stari. et quia
oculus sepe fallitur (et) manus
xxvii q. i. nec aliqua et in s(ententia)
separationis n(on) periculum anime ver-
titur. ideo melius e(st) q(uod) habun-
dent probationes q(uam) deficiant.
cum ita maior cautius sit agendum
xlv di. quiescamus et e(xtra) de ele(ctione)
Ubi periculum l(ibro) vi o(mnino) tamen si altera ob-
mittetur. nichilominus valet s(ententia)
ut xxxii q. i. dep(re)hensi requisisti
et e(xtra) de sp(onsali)b(us) proposuisti (et) c. causam.

Si aut(em) vir dicat se impotentem ad coi-
tum. vel q(uod) alias mulieres cognoscit
tunc patet q(uod) maleficium allegatur
et ideo p(er)petuum triennium debent
sibi moram ad preceptum iudicis e(xtra) e(odem)
